Caja
A-44

~~E=1 7=S N=7~~

id ipsum manifeste colligitur.

4 Idem pª. 2ª. qe 96 et libro Instruct.is Confessorũ in vulgari lingua Itala et Hispana libro 5°. cap. 10 § 9 et 12. ait. Quando in Bulla Cruciatae datur facultas absoluendi ab omnibus censuris Ecclesiasticis Censurarũ nomine comprehenduntur etiã irregularitates contractae ex delicto. — Contrarium explicatum est à Pontificibus et uerbũ absoluendi quod in bulla usurpatur, illud quod nos dicimus significat; quia irregularitatis non est absolutio sed dispensatio.

5. Idem in libro Instruct.is Confessorũ praedicto, lib. 1. cap. 14. § 32 in 7. resp.ne cap. reg.e 4 docet, Eum qui sine mendacio abstulit alicui famã reuelando occultũ aliquod secretũ affirmare posse, ut famã restituat, se dixisse falsũ, aut uerũ non dixisse. — Ex hac proposit.e sequitur aliquod licitè mentiri posse.

6 Idẽ lib. 2. summ. Conf. cap. 10 in fine, ait: Absolui posse aliquem qui dolorem non ita perfectum habeat, sicut eũ habere necesse esset; si modo saltẽ hoc ipsi doleat, quod dolorem non habeat qualis necessarius esset. Hęc uº. propos. est qª. Tridentinũ Sess. 14 cap. 4.

(16)

Ex Cano.

1°. Mag.r Cano lib. 8 de locis Theologicis cap. v argum.ti 3.ii haec ait. Nego matrimoniũ sine Ecclesiae ministro esse uere, et proprie sacramentũ. Nego eam rem ad fidem et religionem attinere. Et infra. Alioqui, inquit, si quodlibet fideliũ coniugium Theologis necessario sacramentum est, quis Scotum ferebit, qui coniugia, quae solis nutibus contrahuntur negat esse sacramenta. et inferius cũ Caietano sentit, atq. ait q. Quis adeò desipit ut Caietanũ damnet, et probabilissime, et me quidem iudice uerissime matrimoniũ quod inter absentes per literas procuratoresq. contrahitur, sacramentũ esse inficiatus. Haec Cano. cuius sñia pugnat omnino cũ opinione Juris canonici doctorũ, et Theologorũ comuni consensione recepta.

2°. libro 5. cap. 5. qe 2. conclusione 2. sub finẽ ait. Sine periculo ipse Scriptores teneri posse Ecclesiã in aliqua lege et more posse errare. Quis hoc toleret? Ergo ex Cani sententia Ecclesia non erit firmamentũ et columna ueritatis. Item, si in aliqua lege et more potest errare, quilibet dicere audebit in hac lege uel more errauit.

3°. Libro v. cap. 5. ad finem ait. Ordines igitur (loquitur de religionũ ordinibus) uel probare uel refellere non ad ea pertinet, in quibus summus Pontifex errare nequit. Et praeterea ibidem. Unde quosdã ordines per sedẽ etiã Apostolicam approbatos tamq.m Ecclesiae uel noxios uel inutiles abolendos esse declarauit Concilium Lugdunense. (Ibidem) Imbecillũ itaq. (inquit) eorũ argumentũ est; qui ex Pontificijs Priuilegijs, quae his temporibus facile uel conceduntur, uel potius extorquentur Nouas religiones non aliter atq. de cęlo delapsas excipiendas esse confirment. Et infra. Nostro uerò hoc seculo tam multae sunt religiones à Pontificibus confirmatae, ut qui eas omnes tueri uoluerit tamq.m Ecclesiae uel utiles uel necessarias, id imprudentiae ac dicat stultitiae nomine iure optimo, summisq. rationibus arguatur. Haec propositio plurimum pias catholicorũ aures offendit, detrahit Summi Pontificis authoritat; et religionibus ab ipso approbatis.

4°. Multa sacrae scripturae loca non modo contra uulgatã editionẽ, et contra Graecos Hebreos et Syriacos Codices de suo corrigit, sed dicit esse errorem aliter legere ac ipse corrigit. Graeca Hebraica Latina esse corrupta; et mutare sacrae scripturae numeros non esse rem ad fidem et religionẽ pertinentem. Quare libro 2°. cap. v. in 5°. comoditate Illud psal. 131 Viduã eius benedicens benedicam, contendit ex Hebreo legendum esse, Uictũ eius atq. errorẽ obtinuisse ut Vidua legeretur. cum tamen Hilarius in hunc ipsum locum psalmi post multa

Nobis, inquit, sequenda est prima illa et sub Iudaeorum temporibus ante domini aduentum ad Ecclesiae
doctrinam consignata translationis authoritas. Viduam eius &c. Eodem modo et legit et interpretatur
Augustinus. Hieronymus uero in commentariis in hunc locum licet id optime animaduerterit non existimauit esse
errorem. Quantum autem Cano Sgretius faueat Caluino praesertim uel ex eo colligitur; quod ex hoc ipso loco
psalmi probare nititur multos errores scripturae in Ecclesia Romana legi; quod sane falsum est. Nam hoc nomen
(Zadha) a diuersis uerbis deductum, ut deduci potest significat Viduum, Venationem, Desolatum, Derelictum,
ut proinde significare possit Viduam uiro destitutam. Et libro XI cap. V. versu Argumento 12mo.
Illud 2i Paralipomenon cap. 15. Bellum uero non fuit usque ad 35um annum regni Asa. Et illud eiusdem cap. 16.
Anno autem 36 regni eius &c. utroque loco pro trigesimo apponit uigesimum contra Latinos, Graecos et Hebraeos codices.
quin sciat, inquit, quisque Graeca Hebraica Latina esse corrupta. Ibidem, Illud 2i Paralipom. 36. Octo
annorum erat Ioachim cum regnare coepisset &c. errorem esse dicit et legendum decem et octo. Ibidem. Illud primi Reg.
13 filius unius anni erat Saul cum regnare coepisset, legendum esse dicit. Filius uiginti unius anni erat Saul &c.
idque errorem esse dicit in Graecis Latinisque exemplaribus, in Hebraicis uero maiorem numerum esse omissum. Ibidem.
Illud Hieremiae 52 Iste est populus quem transtulit Nabuchdonosor in anno septimo Iudaeorum tria millia et 23 &c.
tres numeros mutandos esse dicit, Ut pro septimo anno in prima captiuitate scribatur primo. In 2a uero capti-
uitate pro octauo et decimo, scribatur, octauus. In postrema uero captiuitate pro 23 scribatur uigesimo.
Ibidem. Illud tertij Regum 6. Ab egressione filiorum Israel &c. Pro anno 480 omnino legendum esse contendit anno
574 aitque mendum esse in hoc scripturae loco, ac proinde ad ueram rationem corrigendos esse Codices Hebreos Graecos
et Latinos. Et inferius in haec uerba subdit. Non igitur si quispiam dicat ab egressione filiorum Israel de Aegypto
ad Templum inceptum quingentos annos et eo amplius interfluxisse, protinus refellendus est, quasi ea res ad fidem
religionemque pertineat. Quod ~~sane~~ omnino falsum est. Et sane si semel quis in sacris literis contendat uel leui-
ssimum esse mendacium etiam in numeris, et cuique eos liceat emendare nulli numeri quos scriptura ponit certi erunt,
et incerta erit in ceteris rebus diuinae scripturae authoritas.

7

No Caja
1
A-44